

ne relictum censeatur *l. final. in fin. C. de usufruct.* Idque etiam si vocati fuerint adjecto nomine Patris, quia cum non fuerit facta mentio Patris testatis, ejus denominatio, demonstrationis causa tantummodo facta videtur, Bart. *in l. filiosfam. l. 2. n. 1. ff. de donat. caus. mort. firmans* pro indubitato hoc procedere, si agatur de relicto, quod filio queri possit. Imol. *in l. filiosfamilias n. 2. ff. de condit. & demonstrat. Bero conf. 155, n. 9. lib. 3. Ruin. conf. 194, n. 3. lib. 2. Card. Mant. de conject. l. 8. tit. 16, n. 4. Simon de Pret. de Interpret. ult. volunt. lib. 1. solut. 6, n. 14. & 15, fol. mihi 66. Cas. de Grass. decis. 2, n. 3. de donat. præsertim, quando, prout hic, filii jam nati erant, & proprio ipsorum nomine vocati leguntur, ut notant Afflicti. *in cap. 1. n. 21. de alienan. feud. patern.* Et licet præfata limitentur in relicto facto per consanguineum, ex quo ratione consanguinitatis Testator motus videatur ad relinquendum filio beneficio, & contemplatione Patris, ut tradit, *al. allegatis, Sim. de Præc. d. solut. 6, n. 17.* Hujusmodi tamen limitatio recipitur, quando relinquuntur, id, ad quod Pater tenebatur, vel in causam, ad quam ipse erat obligatus, ut declarant *Surd. conf. 488, n. 20. & Card. Mant. d. tit. 16, n. 8.* Secus autem ubi relictum fuit, prout hic, quod à Patre non erat debitum, hoc enim casu, quia ex tali relicto ipse non sublevar, nisi aliter constet de contraria voluntate (quæ tamen in proposito potius est contra Patrem, dum nullibi in testamento fuit vocatus, (ut dictum est) relictum censetur contemplatione filii in cujus solam utilitatem & commodum tendit, ex adductis per Merlin. *de legit. lib. 2, tit. 9, 16, n. 16.* Hodiern. *in annot. ad Surd. decis. 322, n. 20, 26.**

Et ita, &c.

#### DECISIO LXIV.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Redditionis rationis.

Veneris 16. Junii 1651.

#### SUMMARIUM.

- 1 Tutor, non tenetur reddere rationem, nisi de contentis in Inventario; Non tenetur reddere rationem de bonis ad eum perventis, n. 3, & 6.
- 2 Frater sororem dotare tenetur.
- 4 Transactio lites extinguit.
- 5 Negligentia non imputatur ex lapsu modici temporis.
- 7 Instrumentorum indicatio sufficit.
- 8 Fructus stabilium in rationem quinque pro centum annuatim taxantur.
- 9 Alienata in portionem alienantis imputanda.
- 10 Mobilia penes pupillos existentia, cedunt ad exonus Tutoris. Usu consumpta præsumuntur, n. 11.
- 12 Juramento in litem, non est locus, cessante dolo. Amplia ut n. 13.
- 14 Tutoribus expensæ verisimiles reficiendæ. Sufficit reddere rationem de descriptis in Inventario, n. 16.
- 15 Rationes etiam sine libro tutelari, redduntur.
- 17 Liberatio à redditione rationis intelligitur de rigorosa.

Postquam conclusum fuit Causeos uti hæredes Francisci eorum patris tutoris testamentarii Laurentii, & fratrum de Vallerois teneri

nedum de ab eodem gestis, sed etiam de administratis à Serdonato contutore rationem reddere, restrictam tamen ad tempus pupillariorum ætatis ex rationibus congestis in decisione coram me edita 27. Junii 1650, fuit hodie ad ulteriora processum in disputatione Dubii super præfata restitutione rerum pupillariorum per Causeos faciendam, de quibus ipsi exhibitio Inventario tutelari cum plenam de ibidem descriptis (ut patet ex singularum partitarum discussione) reddant rationem ad effectum, de quo agitur, sufficientem, juxt. *decis. bon. mem. Urgellen. 241, n. 12.* Domini mihi esse restituendum responderunt.

Quo enim ad loca sex montium vacabilia, primo loco in eodem Inventario adnotata ex datis in sum. de Causeis n. 1, constat præcedente eorum resignatione pretium conversum fuisse in causam necessariam, solutionis videlicet dotis Catharinæ actorum fororis, & ad quam isti tam ex præcepto testatoris, quam ex legis dispositione tenebantur, *gloss. in l. cum plures, §. p. nulli ff. de admin. tut. Grat. dissep. 65, n. 2. Rot. coram Coccin. decis. 77, n. 3, in recent. decis. 564, n. 14 part. 4, tom. 3, & dec. 145, n. 3, p. 6, in Camerin. dous 10. Decem. 1638, §. nec dubitari coram Rev. Terracinen. in Rom. domorum de Regardis 28. Januar. 1650, §. minus obstat coram R. D. meo Decano; fructus verò decursi à die obitus testatoris usque ad secutam resignationem fuerunt positi (ut decet) ad creditum pupillorum, eodem sum. n. 19.*

De officio sigilli Cancellarii secundo loco positi reddenda non est ratio, quia nihil ad tutores pervenit, *Rot. decis. 310, n. 5, p. 5, recent. ex dicto sum. de Causeis n. 2, apparet illud paulo post obitum Andree fuisse per recol. mem. Cardinalis Ludovici. Vice-Cancellarium Theodoro Henriquez collatum, pro quo recuperando lis excitata contra Sereniss. Ducem Parmæ hæredem claræ mem. Cardinal. Farnesii, prævia solutione scutor. 200. ostenditur extincta per transactionem cum eodem ab ipsis Laurentio, & fratribus factis majoribus, de an. 1635. initam, & quæ omnibus, quæ hinc inde oriri possent, controversiis finem imposuit, juxt. text. in l. causas. l. fratres, C. de transact. Rot. in Romana rescissionis concordia 15. Junii 1648, §. hæc enim coram R. P. D. meo Corrado in Bononien. de Testinis 31. Maii 1649, §. quia cum ipsæ coram R. P. D. meo Cerro.*

Officium autem scriptoratus litterarum Apostolicarum vacasse per mortem Hieronymi, non controversitur, & patet ex eodem sum. n. 3. vacationis verò damnum tutoribus non est adscribendum; licet enim ipsis venditio officiorum vacabilium esset per testatorem demandata, hoc tamen, de quo agitur, sub hujusmodi præcepto non comprehendebatur ex particulari illius dispositione, erga dictum Hieronymum, quæ ipsi in iuncta fuit indemnitas hereditatis respectu scutor. 800, ad societatem officii pro eodem emendo receptorum, præsertim cum nec etiam aliqua præfatis tutoribus imputari & possit negligentia, si intra quatuor menses cum dimidio circiter, quibus secutus fuit Hieronymi obitus, onus ipsi directè impositum non adimpleverunt, nec illum adimplere coegerunt, ad text. in l. cum post §. præterea, & §. sedis, ff. de admin. tut. *Rot. decis. 678, n. 1, part. 4, tom. 3, recent. & in Maceraten. redditionis rationis 5. Junii 1648, coram R. P. D. meo Melio.*

Officium Equitis Pii fuit de anno 1626. resignatum à Ludovico, illiusque pretium in dotem præfate Catharinæ fuit erogatum, ut constat ex partitis formiter extractis ex Banco Bonani relat

tis

tis in eodem sum. de Causeis n. 4, fructus verò decursi ante resignationem ponuntur ad creditum pupillorum, ut supra dicto sum. n. 19.

Duo officia Capitolina probantur vendita per Serdonatum tutorem, & Ludovicum alterum ex istis fratribus natu majorem pro scuto. 350, quorum medietatem cum iste receperit, alia medietas ponitur ad creditum pupillorum eod. sum. n. 19, ubi etiam datur creditum de fructibus pro paucis illis mensibus usque ad obitum Hieronymi, quia alii orta postmodum lite super dictis officiis remissi apparent per transactionem exhibitam in sum. responsionis de Causeis n. 2, & satis est ad effectum, de quo agitur, ut eos ad manus tutorum pervenisse non constat, *l. ult. §. fin. C. de admin. tut. Rot. decis. 380, n. 1, part. 4, tom. 2, decis. 586, in prin. part. 4, tom. 3, & dec. 310, n. 5, part. 5, recent.*

Sufficiens quoque de stabilibus, & creditis reddi visa est ratio; nam pretium vineæ extra Portam Militum levis Armaturæ Vecchiarello venditæ, partim versum probatur in solvendo ære alieno pupillorum, ex datis in eod. sum. n. 6. ac ex Instrumentis, & quorum sufficit judicatio *Rot. in Romana separationis bonor. 10 Decemb. 1630, coram bo. me. Pirouano, partim verò erogatum apparet in dotandis fororibus Monialibus actorum, in emenda alia vineæ, & locis montium d. sum. n. 7, & 8. residuum verò scuto. 123. refertur ad creditum eorundem, ubi supra, n. 19, unà cum omnibus fructibus & ante venditionem dictæ vineæ recollectis juxta taxationem legalè ad rationem quinque pro centenario, deductam, ex gloss. in authent. præterea C. de sacros. Eccl. Rot. coram san. me. Greg. XV. decis. 553, n. 8, coram Burat. decis. 65, n. 2, decis. 112, n. 1, coram bon. me. Urgellen. dec. 197, n. 1, & 2, decis. 241, n. 18, in Bononien. prædii 21. Julii 1649, §. liquidatio coram R. P. D. meo Corrado. Creditum autem scutor. 100. cum Anibale Serena in vim concordia cum Laurentio, tunc sui juris effecto, initæ, exactum fuit à Ludovico ejus fratre dicto sum. n. 14. & fructus recompenfativi ex illo exacti ponuntur ad creditum pupillorum n. 19.*

Jocalia verò fuisse distracta à Hieronymo & habetur in eodem sum. n. 18. in illius propterea portionem referenda juxt. text. in l. Marcellus §. res quæ, ff. ad Trebel. scuta autem 35, reperta in hæreditate cum cadis 35 vini ad ejusdem creditum describuntur *ibid. n. 19, quibus per Dominos addita fuit alia partita scuto. 50. quæ probatur exacta per Serdonatum contutorem ex litteris cambiis à Balduino Briellio Mercatore; At de cæteris mobilibus, & nulla est reddenda ratio, cum per testes optimè informatos probentur exitisse penes pupillos, Bart. conf. 239, lib. 1. Rot. coram bon. me. Urgellen. decis. 212, n. 6, & in recent. decis. 380, n. 6, part. 4, tom. 2. & ea uti fragilioris materie & etiam usu consumpta præsumantur, Peregr. conf. 70, n. 21, lib. 1, & de fideicom. art. 10, n. 40. Rot. coram Andrea decis. 69, n. 3, coram san. me. Greg. XV. dec. 285, n. 3. ibique Add. n. 4, in recent. decis. 310, n. 11, p. 5, & in Anconitana dotis 4 Julii 1640, §. secunda vero coram R. P. D. meo Cerro, quorum propterea respectu peti non potest juramentum in litem, & quia ex prædictis quilibet in istis tutoribus cessat dolus, qui ad hunc effectum esset concludenter probandus, Farin. in fragm. part. 2, n. 1001. Cyriac. contr. 180, n. 123. Rot. in Rom. separationis dotis 28. Januarii 1641, coram R. P. D. meo Cerro. præsertim quando & agitur contra hæredes, *l. alio jure. C. de in litem juran. Galgan. de tut. lib. 2, tit. 2, n. 5. Cyriac. contr. 280, n. 24. Laurent. decis. Avinionen. 45, n. 1, Alex. Rauden. decis. 215.**

n. 89. Rot. in Anconitana bonor. 22. Aprilis 1644. coram R. P. D. meo Bichio.

Ex his igitur constat quod Causei ad summum de scuto. 1100, rationem reddere tenentur, ut ex calculo in eorum summario exhibitio n. 19. quæ compensanda, & excomputanda veniunt in expensis in funeralibus factis, in vestibus lugubribus uxoris, totiusque familiae in alendis pupillis, eisque melioribus disciplinis imbuendis, ipsorum juribus tuendis, ac aliis longè excedentibus dictam summam scuto. 1100. recensitis in eod. sum. n. 19. has autem expensas \* uti verisimiles, & necessarias tutoribus reficiendas esse respondit *Rot. in d. Maceraten. redditionis rationis 5. Junii 1648. coram R. P. D. Melio, & sæpè in aliis.*

Non obstat quod liber tutelaris exhibitus non fuerit; quia etiam sine libris \* ratio reddi potest ex deductis, in Romana tutela de Marfo 27. Januarii 1586, & 23. Januar. 1587. cor. Gipsio in Meliten. revisionis computorum 14. Maii 1593, coram præcl. mem. Card. Hieronym. Pamphilio aliisque per Greg. XV. decis. 199, n. 5. & ibi Add. n. 8, tutoribus enim sufficit exhibere inventarium de bonis pupilli confectum \* & de ibidem descriptis reddere rationem, *Rot. cor. Caval. dec. 246, n. 3. in recent. decis. 607, n. 1, part. 1, decis. 380, in prin. part. 4, tom. 2, decis. 351, n. 10, part. 5, decis. 89, n. 5, part. 7. & in Rom. redditionis rationis 10. Decembr. 1646. coram R. P. D. meo Peutingero, quod maximè procedere debet in nostro casu, attenda probitate, & bona fama horum tutorum, de quibus testator plurimum confidit, adeo ut eos ab hujusmodi rationum redditione liberaverit, ac propterea ab ipsis rigorosa \* exigi nequit redditio, nec citra dolum condemnari possunt *l. Aurelio 21, §. Cajus, ff. de liberat. legat. Fulgos. conf. 25. Dec. conf. 192, sub n. 3. Cravet. conf. 193, n. 9. Munoz. de ratiocin. cap. 5, nu. 8. Cyriac. contr. 412, n. 21. Rot. decis. 362, n. 8, part. 2, recent. in Romana rescissionis transactionis 29. Maii 1648, §. nec enim coram R. P. D. meo Corrado cum aliis in præcedenti decisione congestis.**

Et ita utraque, &c.

#### DECISIO LXV.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Salviani.

Lunæ 20. Martii 1651.

#### SUMMARIUM.

- 1 Statuti dispositio non procedit in casu mixto.
- 2 Beneplacitum Apostolicum requiritur in donatione rei Ecclesiæ.
- 3 Creditum probatur ex Instrumento.
- 4 Hypotheca includitur in Camerali obligatione.
- 5 Possessio ex sententia adjudicationis probatur. Ex litis sustentatione probatur, n. 6.
- 7 Salvianum, probatis extremis, justificatur. Non admittit exceptiones turbidas, n. 9.
- 8 Bona obtinens, tanquam hereditaria, non potest impugnare, quin sit talia.
- 10 Censu extinguitur, evicta proprietate censita, super melioramentis sustinetur, n. 12.
- 11 Censu extincto Dominus reperit sortem. Extincto fructus pro damnis exiguntur, n. 13.
- 14 Damna ex instrumento censu, in quantitate remanent liquidanda. Expressè promissa debentur, n. 15. Præmissa diligentia exigendi, debentur, n. 16.
- 17 Interesse in Salviano debetur, etiam si non præcesserit condemnatio.

18 Fructus



- 18 *Fructus indebiti exacti extenuant sortem. Declara ut n. 19.*
- 20 *Pactum, quod in revenditione census pretium erogetur, in emptione stabilium, vel alterius census, licitum est.*
- 21 *Hæredes factum defuncti impugnare nequeunt. Verbum refertur ad personam, cui immediatè cohæret.*

**B**Inas in iudicio utilis Salviani sententias Abbas, & Monasterium Sanctæ Crucis in Jerusalem obtinuerant contra Modernos possessores domorum, de quibus agitur, olim spectantium ad Joannem Franciscum Salomonium super immisione occasione Census scutorum mille, & bis centum per Lelium Petronium impositi super proprio fundo favore Petri Pauli Amodei, deinde verò delati ad Angelam ipsius Uxorem ratione suæ dotis, & ab hujus hæredibus præfato Monasterio Sanctæ Crucis translative postmodum cessi, super quarum executione conformium juxta dispositionem Statuti Urbis, lib. 1. cap. 180, dubium hodie proposui, & articulo per tres vices maturè discussio, non esse locum Statuto responsum fuit, Justitiæ tamen fundamento innoxas esse utraq; Sententias.

Siquidem Statuti dispositio Cives solummodo, & Incolas comprehendit, ac Urbis districtuales secundum alterius præcedentis Statuti sanctionem eod. lib. 1. c. 42. ut ponderavit Rota dec. 662, n. 2, p. 1, recent. & coram bon. mem. Coccino decif. 427. n. 3, ne harum proinde Sententiarum executionem poterit operari, quæ editæ quoque fuerant pro Monasterio Sancti Martini de Bosis Diocesis Parmen. ut monitorium, cæterarumque acta subsequuta demonstrant, & ejusdem Monasterii principale interesse concernunt, dum pro sui cautione emptio Census præcipuè facta fuit ex pretio domus eidem venditæ; Et licet in solidum stipulata fuerit eadem cessio à Monasterio S. Martini, & Monachis Sanctæ Crucis de Urbe, existentibus proinde sub Statuto, ejus tamen dispositio non admittitur in hoc casu tanquam mixto, nec consequenter comprehenso sub Statuto, ut notat Bart. in l. certi conditio §. 1. ibique Jaf. n. 5. Soccin. n. 18, ff. de reb. cred. Rota coram bon. mem. Urgellen. decif. 36, n. 36, & coram Mellino ibi n. 1. & in Bononten. pecuniaria 10 Januarii 1650, in §. nec eorundem Testium dicto, coram R. P. D. meo Othob.

Neque ad hunc effectum suffragari poterit instrumentum donationis à Monasterio S. Martini factæ Monachis Sanctæ Crucis de Urbe, donec beneplacitum Apostolicæ Sedis in ipso donationis

- 2 Instrumento expressè reservatum, & proberur expeditum; cum alias prædictæ donationi Sacri Canonibus absolute resistent, ut in cap. nulli, cap. quisquis cap. non liceat Papæ, cap. nobis 12. quæst. 2. cap. 1. ibique gloss. in verb. ad aliam cap. nulli, cap. possessiones de reb. Eccles. non alienan. cap. 1. eod. tit. lib. 6. & in extravaganti ambitiose eod. tit.
- 3 Sententiarum verò justitia dignoscitur ex publico Instrumento Census, & cum creditum inde resultet indubitatum, ad trad. per Bald. in l. generalis n. 5, c. de sacr. sanct. Eccles. & in l. qui semel. n. 24, in fin. C. quomodo. & quando Judex, Dec. conf. 423, n. 10. Rota decif. 456, n. 2, part. 2, recent. & coram bon. mem. Urgell. decif. 40, & 401, utrobique n. 1. Ac hypotheca in ventre Cameralis \* obligationis inclusa, secundum Zacch. de oblig. Camer. q. 31, n. 8. Cæsar Barzius decif. 108, n. 29. Rota coram Burat. decif. 905, n. 2, & in Romana Salviani de Casalibus 21, Junii 1641, cor. R. P. D. mea Cerro;

Utique verò possessio Joannis Francisci scilicet debitoris, qui in Instrumento impositi Census fidejussor accesserat, ac recens Rei modò conventi, justificatur ex sententia adjudicationis \* per hunc in eisdem bonis reportata tanquam hæreditariis Joan. Francisci, ut notat Barbat. consil. 14, n. 19, & 20, cum seq. lib. 3. Peregr. de fideicom. art. 44, n. 20. Fusar. de substit. quæst. 618, n. 29. Rota decif. 456, n. 4, part. 2, recent. Accedente præsertim possessione subsequuta, \* ac litis sustentatione ad hunc effectum ponderata, Verall. decif. 369, part. 2, & coram Cæsar. de Grass. decif. 4, de restit. spoliat. His enim omnibus justificatis Judicium Salviani canonizatum \* in sententiis legitime intentatum fuisse convincitur, ad text. in l. 1, ff. de salu. ibique Bart. n. 3, & in l. 1, post gloss. C. de precario, & in l. rem alienam n. 5, ff. de pignor. act. Menoch. de adipiscen. remed. 3, quæst. 29, n. 160, & aliis relatis auctoritatibus, dixit Rota in Romana Salviani 12. Januarii 1646, & 26. Febr. 1646, coram bon. mem. Arguelles.

Nec justitiam sententiarum infringit exceptio donationis horum honorum ante præfati Census impositionem à Jo. Francisco, in proprios filios collata, quasi hypothecæ defectus inde resultet Salviani exclusivus, quia allegari non potest ab iis, qui eadem bona \* tanquam hæreditaria Joan. Francisci sibi fecerant adjudicari, ut huic objecto respondit Rota coram R. P. D. meo Bichio, sub die 18. Martii 1650, in §. non obstat; Præterquam prædicta donatio ab ipso Joan. Francisco revocata fuit, vigore facultatis sibi reservatæ in iplomet donationis Instrumento, ac pluribus aliis exceptionibus probatur obnoxia, ex parte Monasterii, adeoque tanquam turbida, \* & alterius indagationis in hoc iudicio non admittitur, ad text. in l. final. ff. quor. bonor. Ripa in rubr. ff. de pignor. n. 19. Menoch. de adipiscen. remed. 3, n. 18. Surd. conf. 4, n. 36. Natt. conf. 531, n. 4. Rota coram Seraph. decif. 1168, nu. 1, & post Pacific. de Salvian. decif. 35, n. 8, & decif. 52, n. 7.

Minus etiam impugnari poterit eadem sententia, quod condemnet ad fructus post domum censuatam sciente domino Census evictam, \* ac censu consequenter extincto, omnino indebitos secundum Cenc. de cens. part. 3, cap. 1, q. 7, n. 1. Rota coram bo. me. Urgell. decif. 449, n. 2, & in Romana census 29. Aprilis 1630, coram Rev. D. meo Decano, & in Romana census 10, Junii 1641, coram R. P. D. meo Cerro. Vel quia reos quoque conventos condemnet ad renovationem fidejussoris, cui extincto Censu, locus esse non poterat, sed restitutioni solummodo pretii, sive creationi alterius \* sub eadem qualitate, & quantitate, secundum eundem Cenc. de cens. q. 114, n. 10, & q. 116, pariter n. 10.

Siquidem constat super censito fundo plura per eundemmet Lelium facta fuisse melioramenta \* per Peritum æstimata in scutis bis mille quinquaginta, & ultra, quæ extinctionem Census excludunt, dum in eisdem etiam melioramentis poterat sustineri secundum Cenc. de cens. part. 1, cap. 2, art. 6, n. 37. & per Rot. in Rom. Census 15, Januarii 1607, coram Penia, post eundem Cenc. decif. 54, n. 6, & in Romana Legatorum de Columna 27 Januarii 1614, coram Sacrato, post Pacific. de Salvian. decif. 83, n. 14, & in aliis recentitis per Add. ad decif. Greg. 225, n. 16. Quinimo admittitur etiam Census resolutione, fructus quoque exigere possent saltem loco damnorum, \* & interesse, dñ. eadem nullitas ex defectu materiæ, non autem formæ proveniebat, ut quia super bonis fideicom-

deicommissi erat impositus, ac restitutioni obnoxius, ut tradit Cenc. de censib. quæst. 19, n. 41. cum seq. & quæst. 88, n. 15, §. ego vero, Duard. eod. tract. §. 1, quæst. 7, n. 43, & 44, & distinxit Rota coram Seraphin. decif. 787, & in Romana Societatis prima Maii 1588, coram Gypso, post eundem Cenc. decif. 59, n. 13, & in Romana Census scutorum decem. & octo millium 9, Junii 1608, coram Gregor. post eundem Cenc. decif. 60, n. 4, & 5.

Quæ sanè damna respectu quantitatis, \* ac temporis ex ipso impositi Census Instrumento probantur, ut notat idem Cenc. d. quæst. 19, n. 45. Durand. d. §. 1, q. 7, n. 44. Rota coram Seraph. decif. 372, n. 1, & 387, n. 6, & in Bonon. Census 26. Februar. 1644, coram Greg. & in Januen. Census 26. Febr. 1607, coram Manzanedo, & 2. April. 1609, coram eodem, penes Cenc. de censib. decif. 61, n. 8, decif. 62, n. 4, & decif. 63, n. 2. Eoque fortius in casu proposito debita videntur eadem damna, tum quia expressè fuerant in Instrumento promissa, \* quoties nullitas ex quocumque defectu, vel causa contingeret, ut ponderavit idem Cenc. q. 19, n. 42, & d. q. 88, n. 15. Duard. de censib. §. 1, q. 5, n. 9. Rota coram Seraph. dec. 383, n. 6, & 787, n. 1. & 10, & in Senogallien. prædii 24. Novembr. 1586, coram Bubalo post Cenc. dec. 13, n. 5, & in terminis fidejussoris, qui pro omnibus, & singulis à census venditore promissis accesserat in Romana census 19. Februar. 1618, coram Ubaldo, post eundem Cenc. decif. 389, n. 12. Tum quia ex parte Monasterii fuit ostensum, statim evicto censu plures diligentias pro recuperanda sorte in casum fuisse adhibitatas, \* quæ regulariter solent petitionem damnorum, & interesse contra censum debitorem reddere legitimam, ut notat idem Cenc. de censib. part. 3, cap. 1, q. 3, art. 5, nu. 15, vers. secus autem secundum primam impressionem, & in addit. ad eund. art. 5, n. 13, & 14. Rota in Romana Census 12. Decembr. 1608, coram Sacrato, post eundem Cenc. dec. 288, n. 3. Quamvis nec eorum petitio præcesserit, nec condemnatio, \* cum in hoc utilis Salviani iudicio non requiratur, ut respondit Rota in d. Senogallien. prædii 24, Novembr. 1586, coram Bubalo, post Cenc. decif. 58, n. 4, & 5, & coram Seraph. dec. 935, n. 2, & 3.

Hinc verò resultat responsum ad alteram objecti partem excludentis renovationem fidejussoris, ob Census extinctum, cum vel ille adhuc in suo robore vigeat, in melioramentis videlicet, in censito fundo peractis, adeoque ex facto corruat objectio vel saltem legitime agi potuerit, censu quavis extincto ad renovationem fidejussoris, ut fundum liberum, nulloque fideicommissio, vel oneri subiectum assignet, juxta tenorem obligationis, cæteraque adimpleat in Instrumento conventa.

Non etiam eadem sententiæ poterunt de excessu redargui, ob condemnationem fidejussoris, ad restitutionem integræ fortis scutorum mille, & bis centum; quamvis triduo post stipulati census venditionem Petrus Paulus pro scutis bis centum bonam fidem recognovisset erga principalem census debitorem, ac Joannem Franciscum fidejussorem, cum duplex inde deducatur excessus, & fortis quæ non nisi in scutis mille poterat in sententia taxari, postquam scuta bis centum triduo post census creationem recepta probantur, ex præfato bonæ fidei recognitionis Instrumento. Et fructuum, qui singulis annis exacti pro integra sorte, \* ac proinde indebiti reliquæ fortis extinctionem induxerant, ut in his terminis tradit Masfr. ad Petrum Greg. de cens. n. 17. Fran. Milan. decif. 2, n. 64, lib. 2.

Præterquam enim non justificatur ex prædicto bonæ fidei instrumento Census extinctio, ut ex adverso supponitur, dum ibidè Petrus Paulus bonam fidem recognoscens, declaravit pro rata scutorum bis centum, ad sui commodum censum fuisse impositum, & pro eadem rata relevare promisit indemnem ejusdem census venditorem, atq; fidejussorem. Quinimò subsistentia integri census potius indè convincitur; prout etiam ex observantia postmodum subsequuta per solutionem fructuum pro integra summa; Nihilominus, etiãsi census extinctionem Instrumenti verba præ se ferrent, eam tamen operari non poterant in præjudicium Monachorum, nec pro rata scut. 200, nec pro remanenti quantitate scut. mille, dum eorundem favore præcesserat expressa conventio, sive obligatio ipsius Petri Pauli, ut integer census scut. mille bis centum ex pretio venditæ Domus pro ejus evictione perpetuò maneret, & non nisi cum scientia, & consensu Abbatis, ac Monachorum S. Crucis extingui posset ad effectum creandi alium censum ejusdem summæ scut. mille, & 200, in casu secutæ extinctionis; fructus verò singulis annis inde retrahendi pro constitutione alterius scut. 500, deservirent, ut ambo in summa scut. 1700, pro emptæ Domus evictione obnoxii persisterent: Ex quibus exclusa censetur quælibet census extinctio, seu imputatio fructuum in sortem, ut ponderavit Surd. conf. 4, n. 38, 39, & 40. Rot. coram Seraph. decif. 1226, n. 3. Alias enim securitate promissa forent destituti, & pacta corruerent, ad quorum tamen observantiam tam Petrus Paulus principalis, quam Joan. Franciscus pro contentis in Instrumento, & ut principalis quoque principaliter, & in solidum obligatus adstringitur, nam conventiones præfatæ approbantur in jure, nempe in l. 1, §. convenerit, ff. depositi l. contractus ff. de reg. jur. §. sed hoc ita, Cenc. de censib. q. 59, n. 36, ubi hanc conventionem licitam esse concludit, nec impedire redemptionis libertatem, & n. 37. Modern. Rom. discept. forens. cap. 45, nu. 17. Sess. dec. 50, n. 26, in fin. Amat. decif. 50, n. 33. plenè Giurb. decif. 59, n. 46.

Denique ob stare non poterit Monasterio S. Crucis, idem Instrumentum recognitionis bonæ fidei factum à Petro Paulo, cujus hæredes + ex primuntur in monitorio eadem sorores Auctrices Monasterii, nec factum consequenter poterunt impugnare ad text. l. cum à Matre C. de rei vindicat. l. si ab eis C. de liber. caus. l. unum ex fam. §. sed si uno ff. de leg. 2. Cum non consistet eisdem Sorores fuisse hæredes Petri Pauli, ut ex adverso supponitur, nec Monitorium, licet ipsas enunciet filias Petri Pauli, & Angelæ, ac hæredes, hæreditariam tamen qualitatem concludit respectu primi tanquam æquivocum, cum verbum illud, hæredes, + immediatè cohæreat personæ Angelæ, 22 eique proinde tanquam proximè, ac ultimo loco nominatæ referri debeat, juxta gloss. in l. 1, in verbo dotis nomine ff. de leg. præst. notant DD. in l. hæredes palam §. sed si ff. de test. Abb. conf. 78, n. 2, vol. 2. Cephal. consil. 364, n. 9, Surd. conf. 272, n. 78.

Et ita, &c.

DECISIO LXVI.

R. P. D. ALBERGATO.

Auximana Dotium.

Lunæ 19. Junii 1651.

SUMMARIUM.

- 1 Auth. res quæ C. commun. de legat. non habet locum in fideicommissio transverfali.